

B. M. II, 125.

A. 30, 17.

II R
1832

ORDINIS IVRIDICI
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA
H. T. DECANVS
D. CAROLVS HENRICVS
GEISLER

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
SEX CANDIDATIS
RITE TRIBVTOS
EDICIT.

Insunt observationes nonnullae de protocollis comitalibus.

GOETTINGAE,
EX OFFICINA IOANN. CHRISTIAN. DIETERICH,
MDCCLXXXIV.

Serill. Dr. a Tonickau.

ORDINIS IURIDICI

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTI

M. T. DECVS

D. CAROLVS SEYMOURVS

GEISLER

SENIORIS IN VITAE HONORE

SVB CANDIDATIS

RTIS TRIPLICIS

EDITE



IN OFFICINA JOHANNIS GEISLERII CANTABRIGIAE

MDCCLXXII



§. I.

De notione protocollorum comitialium.

Adnotationes rerum in conuentibus Ordinum imperii gestarum fieri satis constat, neque ignotum tamen est etiam, super his, quas inuersa prorsus veteris vocabuli significatione *a)* *protocolla* vocant, multas ac varias subinde controuersias oriri, praesertim cum de fide quaeritur. Itaque vix erit, opinor, qui me breuiter hac de re commentaturum inane quidquam agere dicat, sed apud eos inprimis, qui in re publica ab exilibus plerumque caussis largam altercationum segetem subnasci norunt, facile admodum eius rei veniam impetraturum esse confido. Est autem mihi, quod diligenter admonendum videtur, non de vniuersa comitiorum causa sermo, quippe quae hac in re propriis moribus regitur, sed de iis tantum, quae in ipsis Ordinum imperii conuentibus, diebusue sessionum aguntur. Vno verbo, de actis senatuum res est.

§. II.

De origine et caussis.

Antiquissimo igitur tempore, quo colloquendo omnia peragebantur, raraeque admodum inter homines profani ordinis erant literae, nulla facile eorum vestigia repereris, cum ante An. clccccxcv. quemadmodum *SENKENBERGIUS b)* recte animaduertit, ne recessus quidem imperii legesque in conuentibus conditae in scripturam sollemnem semper redigerentur, sed, quae conuenissent, sub discessu breui.

a) v. *CVIACIUS* ad Nou. Iustin. XLIV.

b) in Epist. ad *OLENSCHLAGERVM* §. 4. praefixa Coll. Nou. R. I. To. I. p. 43.

breuiter plerumque promulgationis instar repeterentur, atque a clericis dein, qui propterea ad comitia *c*) confluere solebant, tabulariis, annalibus, codicibusue publicis infererentur. Equidem si recte video, origines protocollorum comitialium ab initiis demum seculi XV. repetendas esse arbitror, quo quidem Ordines exemplo hominum ecclesiasticorum et institutis Conciliorum excitati res in conuentibus gestas paulo diligentius consignare coepisse videntur. Ad haec quippe tempora pertinent, quae OLENSCHLAGERVS *d*) edidit, electionis Sigismundae acta, nec non, quae a WENKERO *e*) ex scriniis ciuitatum imperii nostra potissimum memoria in lucem retracta sunt, ne quid dicam de iis, quae ex vasto MVLLERI opere de aetate Friderici III. hanc in rem constant. Sed inprimis exemplis *f*) cernitur a tempestate Maximiliani I. frequentiore eorum vsus esse coepisse. Qui cum vniuersae rei formulariae *g*) tabulariaeque maximopere faueret, adeo, vt DATTIO *h*) haut iniuria seruator scriniorum et tabulariorum dicatur, omninoque primas quasi lineas eius, quam nunc comitia habent, formae variis nouis institutis duceret, huic quoque rei locum quam maxime fecisse videtur, cum ipse quidem nollet amplius conuentibus ac deliberationibus Ordinum semper vel rogatus interesse, et quod illi aliquando id ei opprobrio verterant, indignissime ferret *i*),

at

c) v. hac de re locum classicum in IOH. DE FORDVN Scotichronico XVI, 39. Vol. IV, p. 1348. Ed. HEARN.

d) in App. A. B. p. 189. 199.

e) in App. KNIPSCHILDII de iur. et priuil. Ciuit. imp. Ed. SCHMAVSS.

f) v. c. ap. HARPRECHTVM nobis nuper ereptum in *dem StaatsArch. des K. u. R. C. G.* To. II. p. 305. 199.

g) v. Comm. de Landf. I, 38. p. 150. et Sciagr. iur. Germ. §. 48.

h) de Pac. Publ. p. 617.

i) v. MVLLERVS in Theatr. Com. Max, P. II, p. 113.

at cuperet tamen vehementer omnium rerum particeps esse, quae in concilio agerentur. Sed praeterea etiam accessisse videtur, quod ab eo tempore Ordines ad exemplum Imperatoris multo adhuc frequentius, quam olim factum fuerat, comitiis se subducere ac sacra ipsorum vice legatos mittere coeperunt. His enim, quo facilius suis rationes rerum gestarum redderent, ac si quid minus feliciter euenerit, excusationum praesidia statim in promptu haberent, necessario res diligentius consignandae videbantur, praesertim cum ex foris plerique ac scholis iuriconsultorum, ut tum erant, diffusae cuidam rerum tractandarum rationi adsuafacti essent. Vix quoque negari poterit, multum hac in re tribuendum esse diuersis Ordinum tum vniuersorum, tum singulorum commodis ac iuribus, quorum cum ab eo potissimum tempore et intelligentiores et vero etiam tenaciores fieri coepissent, necessaria fere consecutione cauerunt, ut eorum, quae in conuentibus agerentur, adcurata adnotatione rei suae, quantum posset fieri, prospiceretur.

§. III.

De forma.

Etiam si vero ab illa Maximiliani aetate hoc, quod dico, protocollorum comitialium institutum maxime repetendum videtur, ne tamen tamen existimandum est, ea statim ab initiis rei industria maiores in conscribendo usus esse, quae nunc potissimum adhibetur. Imo vero, quae ex seculo forte XV. ad nos peruenerunt aut saltem eruta ex tenebris fuerunt eiusmodi actorum exempla, omnia fere breuiter et abscisse scripta sunt, absque vlla singulorum suffragiorum enarratione, nisi forte vel infausta illa religionum dissidia, quae tum dominabantur, vel iura etiam eorum, qui propriis de causis intercedebant, paullo maiorem in adnotando diligentiam desiderare viderentur. In comitiis quidem An. 1515 LXXXII. Augustae Vindelicorum

actis, quibus utique cum MOSERO, facerdote illo et antiflute vero iuris morisque nostri, quamplurimum in comitali iure tribuendum est, vetustum adhuc breuitatis modum seruatum esse ostendunt satis tum acta ipsa ab HOFMANNO ^{k)} edita, tum vero inprimis querimoniae, quas, nescio quis, Consiliarius Wurtenbergicus, finitis illis comitiis, hac de re statim circumtulisse apud SATTLERVM V. A. l) legitur: *erstlich befindet sich, das im FürstenRath von Stenden Augspurgischer Confession bisher kein protocholl gehalten, noch DIE VOTA, process und fürgangne Handlungen aufgezeichnet worden, daraus ervolgt, das nit allein bisweilen durch die Directores, als Oesterreich und Saltzburg die Vota nicht recht geholet (s. gezelet), sondern auch die genandte Catholische auf besondere Breuch und herkommen im Fürsten und ReichsRath, so Inen den genannten Catholischen zu sonderm vorthail, den Stenden Augspurgischer Confession aber zu sonderm nachteil geraicht, ziehen und referieren. Derwegen ein hohe notturfft were, das die Fürsten sich dahin verglichen, das aufs wenigste zween verordnet würden, die solche protocolla sein fleißig und richtig, wie bey den Churfürsten und Stettischen geschicht, hielten, damit man sich mit denselben, was jederzeit fürgangen und herkommen wüßte, Berichts zu erholen und beschwerliche Newerungen und eingenge vermitteln werden möchten.* Generaliter igitur plerumque maiores adnotare solebant, quae in concilio acciderant, factisque constat, ne in pacificatione Westfalica quidem, quamquam res et caussa admonere videbatur, maiorem semper diligentiam adhibitam fuisset. Sed cum necessaria illius breuitatis mala intelligerentur tandem, factum est paulatim, ut darent se ad eam, quae nunc est, sed non

^{k)} in *der Saml. ungedr. Nachr.* To. I. p. 263. fqq. quibuscum confereendus ill. HAEBERLINVS in *der N. T. R. G.* To. XII, ac Praef. To. XIII.

^{l)} in *Hist. Duc.* Vol. V. App. p. 45.

§

non raro reprehenditur, diligentiam, notarentque sigillatim, quae acta essent. Nolim equidem cauere praedibus; at, nisi vehementer fallor, deriuandum id potissimum esse arbitror ex comitiis illis Ratifbonensibus, quae, licet An. 1606. inter tumultus tricennalis belli acta fuerint, tamen in ipsa adeo pacificatione Westfalica exempli fere caussa spectata sunt, omninoque cum iis, quae in comitiis Augustanis An. 1606. placuerunt, hanc nostram paullatim Comitiorum formam peperisse videntur. Diuulgato enim illo post conuentum Augustanum de forma et ratione comitiorum incerti auctoris libello, qui apud GOLDASTVM *m*), LEHMANNVM *n*), LONDORPVM *o*), LVNIGIVMQUE *p*) prostat, ad eum statim, quod facile erat illo rerum statu, tanquam ad regulam quandam, se adplicuerunt Ordines, et cum proxima et quae vsque ad An. 1606. insequabantur, comitia fere essent turbulenta, ab eo maxime duxerunt exemplum comitiorum, quod, vti commodum videbatur, retinerent modo, modo corrigerent. Quidquid sit huius rei, qua fortasse dissidentes illae inter se MOSERI *q*) ac ROEDERI *r*) de suffragiis Principum secularium opiniones conciliari poterint, in comitiis illis Ratifbonensibus An. 1606. primum protocolli exemplum reperisse mihi videor, quod distincte sit scriptum, siue, quod intellexerant antiquae breuitatis incommoda, siue etiam, quod cauendum videbatur, ne illo inprimis tempore proscripsi aut qui omnino personam standi in comitiis non haberent, in concilium principum irreperent. Apud LONDORPVM *s*) quidem Pappenheimius planis eo

A 3

tem-

- m*) in *den polit. Reichshaendeln* p. 926. sqq.
- n*) in *Chron. Spir.* p. 1011.
- o*) in *Act. Publ. To. IV.* p. 853. sqq.
- p*) in *Archiuo Imp. P. Gen. To. II.* p. 3. sqq.
- q*) in *Moserianis P. I.* et alibi.
- r*) *von den Herz. Sächs. Reichstagsst.* p. 66. sqq.
- s*) *loc. cit.* p. 867.

tempore verbis dixisse legitur: *wolte er erinnert haben, daß sich keiner an diesem Ort nicht finden ließe, und hierin begeben, so nicht herein gehörte, und einen jeden vor Schaden warnen, dann, weiln ihm hierinnen die Execution zu thun gebührte, würde er solche anzustellen wissen, ac videtur omnino illa scribendi subtilitas etiam ad excludendos alienos homines maioribus placuisse, vt qui ne sollempni quidem suffragiorum rogatione arceri a conciliis Principum poterant.*

§. IV.

Vel generalia sunt vel specialia.

Ab hac igitur diuersa forma protocolla sunt aut generalia aut specialia, cuius quidem generis, si regulam spectes, omnia esse debebant. Sed etiamnum generatim tantum ac breuiter adnotantur saepe, quae vel ad causas minutas redeunt, vel temere, aut, quod auidet, in circulo a legatis visa sunt, id quod tamen, vt facile intelligi potest, graues subinde querimonias peperit, si qui forte Ordinum, quod utique facile est, iniuriam hac ratione factam sibi esse crediderint. Carolum Ludouicum quidem Palatinum, quemadmodum erat rei dignitatisque Germanicae intelligentissimus tenacissimusque, statim fere a pacificatione Westfalica, qua utcumque res ciuilis instaurata credebatur, grauius conqueslum esse ¹⁾ inuenio, quod deliberationes sollempnes, in quibus suum quisque locum occupet, Moguntinus raro instituere, sed stando saepius et tumultuarie sententiâs rogare adeoque protocolla impedire soleat. Similiterque nostra maxime memoria contra hoc institutum, suffragante inprimis Saxone ac Palatino, in vexata illa vectigalium et interdictorum de exportandis frugibus controuersia, grauius

¹⁾ ap. MOSERVM To. XLVII, des T. StaatsR, p. 103, et von T. Reichst. To. I, p. 543.

uiter declamavit Bauarus u), cuius oratio, etsi est paullo copiosior, necessario tamen hoc loco referenda videtur: *den modum procedendi betreffend, habe disjunctis man noch anzuführen, daß aus der ordentlichen und förmlichen Ablegung Reichständischer Stimmen ad Protocollum sich erst eigentlich aufschließen ließe, und mit Verlässigkeit kenntbar würde, wohin in einer Sache deren Höchst, Hohen und Löbl. Reichständen Gesinnungen gerichtet seyen, wo Instruktionen ermanglen, und wohin Maiora abzielten. In dessen Betracht von der ehemaligen Fürst-Magdeburgischen Gesandtschaft allerdings mit guten Grund eingesehen und dem hohen ReichsfürstenRath ad Protocollum vorgeleget worden, daß derley sub praetextu periculi in mora wider das Reichstägliche Herkommen in Circulo vorgehende ComitialBerathschlagungen und Schluß-Berichtigungen, unter dem Nahmen der drey Reichsräthen, bevorab in wichtigen Angelegenheiten, wo ordentliche Ansagen, InstruktionsErholungen, Vorträge, NB. in Collegiis, und der Aufruff zu förmlicher Ablegung Reichständischer Stimmen unterblieben, wo oftmalen kaum zu errathen seyn wolle, von wem eigentlich eine solche Deliberation stando in Circulo, mit oder ohne Adhibirung eines einzigen Secretarii, dirigirt werde, und wohin die Mehrheit derer eigends zu zählen kommenden Stimmen nicht deren Gesandten, sondern, wie billig, deren Reichständen sich neige, da einige Gesandte bloß discurrendo sich vernehmen lassen, andere stills schweigen und passiv sich halten, und wiederum andere wegen unterlassender eigentlicher Ansage, von deme, was vorkommt und in petto directoriali gehalten wird, keine legale Nachricht, oder wenigstens nur einen superficiellen praegustum haben, gar abwesentlich befinden, mithin übergangen werden, um so mehr für so bedenkliche und denen höchst, hohen und löbl. Ständen des Reichs in der Folge gefährliche heut diesen*

und

u) in der N. STAATSC. To. XXXI. p. 8. 18. 22.

und künfftig den andern betreffende beträchtliche Comitialgebrehen zu halten seyn, als bey einem solchen aus dem ächten althergebrachten Reichstäglichen Geleists abweichenden und einzuführen beginnenden Modo procedendi fast die gemeine Gefahr nahe stehen und nicht weit entfernt seyn würde, althergebrachte und a Seculis ersiffene dem Abnotiren ununtworfene iura singularia, Landesherrliche und sonstige Haus Praerogatiuen und Befugsamkeiten derer Stände des Reichs in Circular Vntersuchungen zu nehmen, oder gar es in die Wege zu leiten, das endlich gar Chur- und Fürsten des Reiches um ihre edle Rechte, ohne Verstattung hinlänglichen Gehörs und vollständiger Rechtfertigung, gebracht werden könnten. In haec enim, quidquid etiam ab aduerfa parte tum reiectum fuit, congesta sunt et velut confarcinata omnia, quae ab illo breuitatis modo, quam fieri potest, maxime abstinendum esse suadeant, ne quid ego, priuatus homo, quem vetat modestia et naturalis quaedam verecundia, de meo adiciam.

§. V.

Porro vel vniuersalia.

Sed praeterea alia protocollorum comitialium pertinent ad vniuersos Ordines, alia ad quosdam tantum, apteque ea adeo in vniuersalia et particularia porro dispescueris. Illa quidem nostra tempestate, qua in vnum Ordines deliberandi caussa in comitiis non amplius coire solent, in defuetudinem fere venerunt, adeo vt An. 1603cciv. a Moguntino quaesiuiffe Principes legantur v), quidnam demum sub protocollo imperii intelligeret? At solet tamen, quod ab illa re non plane abhorret, interdum, nec tamen, vt illa ipsa, quam modo recensui, oratione Bauari intelligitur, sine vehementi aliorum oblocutione,

v) ap. MOSERVM von den T. Reichst. To. I. p. 102.

tionem, inter deambulandum in curia de quibusdam conuenire, quae a Moguntino dein actis breuiter adscribantur. Ad hunc enim eiusmodi protocolliperferendi ius pertinet, ex quo archicancellariatus causa variis modis ac rationibus omnem fere comitiorum directuram sibi paulatim vindicauit. Neque quisquam tamen facile vituperauerit magnum illum THVMSHIRNIVM, cui o! quantum non debemus, ita olim in pacificatione Westfalica w) adsentiente sibi legato Vinariensi censentem: *ChurSachsen als Reichs - Marschall habe Macht dem Chur-Maynzischen Directorio einzureden und ihres officii zu erinnern, dergleichen bey dem CollegialTag zu Nürnberg und letztem Reichstag zu Regensburg geschehen, so sie ihnen nicht werden nehmen lassen*, quandoquidem, quae Saxones quondam de vniuerso archimareschallatus iure remiserunt, pro ratione et indole cuiusque transactionis strictissime interpretanda sunt de rogatione suffragiorum et indictione sessionum, certe eo non detorquenda, vt, quod alias quoque ob causas non omitendum videtur, alii, quibuscum nulla iis ad illa vsque transactionum tempora hac de re controuersia intercesserat, tum, cum vel vacet, vel impedita sit sedes Moguntina, eius rei ius sibi sumere queant.

§. VI.

Vel particularia, primum Collegiorum.

Particularium vero triplex potissimum classis instituenda videtur. Atque vna quidem pertinet ad diuersa Ordinum collegia, orta, vt probabile est, ab eo statim tempore, quo illae eorum secessiones factae sunt. Quae quidem de Ciuitatibus imperii ab initio inde seculi XV. ad nos peruenisse supra (§. II.) admonui, id ostendunt satis,

nec

w) in *Act. Pac.* To. IV. p. 760.

nec de reliquis Ordinum dubitari potest, vt qui simili ratione mature in duo collegia abierunt, adeo vt iam An. 1610 XLIV. x) Electoribus, eum ob necessitates publicas in Circulos multa reicienda essent, hac de re prospiciendum videretur. In collegio autem ciuico, si vera, vt videtur, sunt, quae apud LEHMANNVM y) prodita leguntur, (in hoc enim capite exemplum GOLDASTI ac LONDORPII mutilum mancumque est) datum id negotii olim erat scribis aut registratoribus, qui pro diuersitate classium scamnorumue a Spirensibus Vlmensibusque ad comitia ablegarentur. Sed, quemadmodum multis aliis modis praefens eius collegii disciplina a vetusta illa defecit, ita quoque hac in causa factum est, constatque id nunc potissimum a Secretario eius Ciuitatis perferibi, ad quam comitia coacta sunt. Inter Electores Principesque est causa Directorum maxime, qui quidem hac in re a longo inde tempore opera scribarum publicorum aut Secretariorum vtuntur. Vix enim probari potest, quod MEIERNVS z) scribit, eos superiore adhuc seculo diu admodum conscripsisse ipsos protocolia, sed ex loco eius, quem iam aliquoties ex An. 1610 LXXXII. excitauit, de comitiis Augustanis libelli, quo integro deinceps vtar, facile adparet, Moguntino semper scribam inter Electores adfuisse, idemque de Principibus MOSERVS a) animaduertit. Vt cumque putes, (neque enim res est magni admodum momenti, cui diu inhaereas) cum persona eorum, a quibus legati mittuntur, id iuris coniunctum est, neque adeo Capitulis, vbi Praelati deficiunt, tribui vilo modo potest. Facile quoque est ad intelligendum, id omne Directores habere ex mandato Ordinum,

x) R. I. e. a. §. 25.

y) loc. cit. p. 1017.

z) in ACT. PAC. To. II. p. 240.

a) in dem T. StaatsR. To. XLVIII. p. 186.

num, quorum quidem ipsi Augustales legati in pacificatione Westfalica *b)* eos *non dominos, sed ministros* dixere, ut mirandum fere sit, qui tandem hac nostra adeo aetate illa, quam tum satis Altenburgicus *c)* a reprehensione Salisburgensis defendit, adpellatio indigne ferri potuerit. Dicas tandem, quod lubet, in instituendo, continuando, finiando, corrigendo protocollo Directores non pro arbitrio agere possunt, sed, qua de re multis saepe locis MOSERVS ille dixit, desiderii Ordinum cedere debent.

§. VII.

Deinde Corporum.

Sed deinde etiam pro religionibus, quibus seiuncti sunt Ordines, diuersa sunt eorum protocolla in comitiis. De Catholicis quidem nihil admodum dicendum videtur, tum, quod non in eandem plane corporis formam coierunt, quam ab Evangelicis inprimis inde ab An. 1606ccm et An. 1606ccxxii, factum est, tum vero etiam, quod Directores eorum collegiorum, in quibus vis ac summa rei nostrae posita est, iisdem sacris dediti sunt. Itaque de Evangelicis potissimum res est. Habuisse autem eos inde a discidio religionum facto id iuris, ut, quae sua de causa in comitiis agerentur, suos in usus consignare possent, ipsa quidem rei natura et indoles ostendere videtur. At diu tamen admodum id in conuentu saltem Principum non esse factum, ex illis, quas paullo superius (§. III.) commemoravi, ac sine causa hac in re HAEBERLINVS V. A. reprehendere videtur, Consiliarii Wurtenbergici querimoniis satis intelligitur, videturque adeo in ipsa adhuc pa-

B 2

cifi.

b) in ACT. PAC. To. IV. p. 494.

c) *ib.* p. 506. 508.

d) To. XII. *der N. T. R. G.* p. 237.

eificatione Westfalica Moguntinus in ea fere opinione versatus esse, ut cum dictatura aliisque eiusmodi rebus *e*) illud inprimis iuris in fraudem cancellariatus ab Evangelicis subtrahi sibi existimaret. Cautè quidem admodum et suspensò quasi pede, qui tum erant, rei Evangelicæ proceres ad acta conscribenda in conuentus induxerunt *f*) quatuor viros illos, quos primos vulgò Secretarios Ordinum in comitiis fuisse arbitrantur *g*). Nunc, postquam res publica nostra magis est collustrata, duplex cum maxime cernitur protocollorum euangelicorum in comitiis ratio. Alia enim in concilio senatuque maxime principum, cum in communionem directionis Evangelici nondum peruenire potuerint, scribuntur a Secretariis singulorum, habuimusque nuper inprimis, cum in comitiis de pace Tescheni ageretur, eius rei illustre aliquod exemplum, Magdeburgico *h*) quidem communi Evangelicorum nomine Secretarios sui corporis, ut in consignandis *rebus facti* omnem diligentiam adhiberent, pro ea, quæ est et muneris et viri, auctoritate grauius admonente, atque ad eorum fidem omnia referente. En! virum ipsum: *gestuue vorderst am alle anwesende Evangelische Herren LegationsSecretairs, bey Zusammentragung des Protocolls ein sorgfältiges Augenmerk darauf zu schlagen, damit alles, was res facti seyn, in solchem genau angemerkt und niedergeschrieben werde, damit die Nachkommenschaft von dem wahren Hergang treulich und zuverlässig unterrichtet bleibe, itemque: es wären die Evangelischen Herren Secretairs schon angewiesen, was sie zu thun und zu lassen hätten, um das Gegentheilige aber bekümmere man sich nicht*

e) V. ACT. PAC. TO. IV. p. 759. sqq.

f) V. ACT. PAC. TO. II. p. 251. sqq.

g) V. ill. PVTERVS in Litt. iur. publ. TO. I. p. 436.

h) in dem Anh. zu den Abh. und Mater. zu dem neuesten T. St. R. p. 288. 370.

nicht. Sed pleraque Evangelicorum protocolla ad conuentus confertentiae eorum, quas vocant, pertinent, scripta illa, cum nondum i) Secretariis suis de causis intrmittere placuerit, a legatis ipsis in conuentibus, nisi, quod utique incommotis k) non caret, id mandetur Directori, vt communi nomine, quae acta aut visa fuerint, domi priuatim adnotet, atque ad Ordines deinde referat.

§. VIII.

Tandem Singulorum.

Supereft vltima protocollorum comitialium forma, quae singulorum nomine conscribuntur. Equidem numquam reperi Ordinibus ipsis priuato rerum in conuentibus gestarum adnotatione interdictum esse, imo vero, cum ipsi olim in comitiis adesse solerent, haut dubie Consiliarii, quos secum in conuentus deducebant, priuatim notarunt, quae acciderent. Neque etiam dubium habet, quin ab eo statim tempore, quo substituere sibi alios vt plurimum coeperant, hi rationum reddendarum causa pugillaribus diligenter adscripserint, de quibus in concilio actum esset. At nunc potissimum quaeritur de adnotationibus Secretariorum, de quibus longa et copiosa disputatio est in varias partes. Harum igitur originem arbitrer repetendam esse ex collegio electorali, quandoquidem vetus ille auctor de comitiis l), quem inprimis ARVMAEVS m) sequitur, hunc in modum feribit: *in dem Churfürsten Raht, ungeacht es von Alters nit herkommen, sondern allein Maintz ein ReichsProtocollisten gesetzt, so hat doch ein jeder Churfürst*

R 3

ein

i) v. MOSERVS von der T. Rel. Verf. p. 384.

k) v. IDEM in den Zusatz. zu dem N. T. St. R. To. I. p. 571.

l) ap. LEHMANNVM loc. cit. p. 1016. aliosque plures.

m) de comitiis I. R. G. c. VII. n. 86. p. 514.

ein Secretarium da, welcher alles, was vorgehet, auch aufzeichnet, nemlich was Maintz proponirt und umspraget, was votiret, was beschlossen, was auch in die andern Richte referirt. Ex eodem quoque n) constat, Norimbergenses mature admodum eodem iure in collegio ciuitatum potitos esse. Refert enim: vor Jahren hat es die Statt Nürnberg bey den Erbahren Stätten uf Ansuchen erlangt, dasi sie ihren Secretarium einen im StättRaht zum Directorio setzen, der gleichfalls sein Protocoll hält, welches bissher keiner Statt zugelassen. Serius vero, quod vtique mirum, mos ille ad principes peruenit, adeo vt ante An. 1600. quo quidem Pomeranum et Herbipolitanum o) scribas secum habuisse in conuentu constat, eius rei vix exempla vlla repereris. Nec tum adeo res omnis expedita, quin potius Salisburgensis statim ei tamquam nouae p) oblocutus fuit. Quod si vel maxime dicas, potissimum fidei, quam desiderabat Moguntinus, faciendae vel legitimationis causa factum esse, tamen inter pacificandum adhuc Euangelicos circumspecte admodum hac in re versatos esse vidimus, atque in proximis adeo comitiis, cum Onoldinus illo exemplo fretus An. 1600. scribam secum adduxisset, Directorem senatus principalis id moribus imperii aduersum dixisse q) constat. Sed in his ipsis tamen proximis comitiis principes tandem ius suum euicisse videntur, cum ab initio statim eorum, quae etiamnum durant, comitorum mentio de eiusmodi scribis fiat, annoque 1600. mense Septembris r) tantum conuenerit, vt absentibus vel discedentibus legatis ipsi quo-

n) loc. cit. p. 1017.

o) v. ACT. PAC. To. II. p. 251.

p) ap. LONDORPVM To. IV. Act. Publ. p. 879. 884.

q) in ACT. COM. To. I. p. 82.

r) ap. MULLERVM in dem StaatsCab. To. V. p. 180.

quoque exessent, neque quisquam legatorum, etsi plura suffragia ferret, vno plures secum haberet, id quod ipsum tamen partim abrogatum contrario more, partim etiam in dubium quam saepissime vocatum fuit. Nam nec semper, quod haut raro s) acerrimas rixas peperit, cum legatis secedunt Secretarii, nec, quantum quidem constat, legatis amplius prohibitum esse censetur, quo minus singulorum suffragiorum causa singulis scribis uti queant, adeo, ut, sicubi forte causa, de qua deliberatur, ad vnum alterumue mandantium pertineat, iis demum Secretariis secedendum esse existimetur, de quorum dominis agitur. t)

§. IX.

De Fide.

In hac tanta igitur protocollorum varietate facile intelligitur facilius accidere, ut, cuius tandem fides praeualeat, acriter disceptetur. Itaque, quantum quidem primum ad protocolla *collegiorum* singulorum attinet, aequalis est eorum vis ac fides, siquidem in suffragando adeo par est omnium conditio, ut nulli omnino praecipua quaedam auctoritas tribui possit, sed ipsi potius Electores A. cloſocccv. aliquando, cum Principibus noui quidquam agitari videretur, aperte u) falli sint: *weder das Churfürstliche, noch Fürstliche, oder Reichsflütsche sey ein Protocollum imperii zu nennen, sondern dasjenige, so in allen dreyen ReichsCollegiis ausgemacht würde.* Idem vero etiam de iis existimandum, quae pro diuersitate religionis *Corporumue* vel a Catholicis vel ab Euangelicis conscribuntur. Nam etsi Catholici non raro praecipue sibi multa hac in re per Directores inprimis vindicaturi fuisse

s) v. e. g. STAATSSC. To. CV. p. 237. sqq.

t) v. MOSERVS von den T. Reichst. To. II. p. 30.

u) ap. EYMD. ib. p. 102.

fuisse visi sunt, tamen aduersatur consilii mutua illa et exacta aequalitas, quae inter utramque partem constituta est, conflataque etiam Evangelicos omni tempore ius suum fortiter propugnasse. Hunc quidem in modum, ne illud de pace Tescheni exemplum e superioribus (§. VII.) repetam, anno inprimis 1706. cum in celebratissima illa Deputationis ad visitandam Cameram imperii causa Salisburgensis ea de re subdubitasset, Magdeburgicus v) grauitur censuit: *weilen Salzburg gemeldet, das in seinem DirectorialProtocoll nichts von der Denomination, so die Evangelische neulich ad Protocollum gegeben, befindlich, so liesse man dieses an seinen Ort gestellet seyn, und könnte solche Auslassung denen Evangelischen nicht praejudiciren, massen ihre gnädigste Herren Principales eben sowohl als Salzburg das ius protocollis und ihre beeydigte Secretarios allhier hätten, deren Protocollis eben so viel Glauben zuzustellen, als dem Salzburgerischen, auch wohl mehr, wann nemlich derenelben Protocoll mit anderen einstimmte, und allein von dem Salzburgerischen different wäre.* Sed de protocollis singulorum potissimum haec quaestio incidere solet, Ordinibus quippe plenam sibi fidem tribuentibus, Directoribus contra in alia omnia euntibus, sic, vt, quae a singulis scripta sint, aduersus se nihil probare, sed in se potius omnem fidem positam esse contendant. Cuius generis exempla tum iam relata sunt, tum habentur multo plura, praefertim ex recenti aetate, v. g. in causa Frisiae orientalis w), itemque cum inter funestos illos belli sexennalis tumultus de tributis x) ageretur, vt non mirandum sit, iuriconsultorum quoque diuersas hac de re esse sententias. Quod si vero ingenue mihi fateri licuerit, quae de illo sententiarum diuortio animaduertisse mihi visus sum, ante omnia rationem

tem-

v) ap. SCHAUROTHIVM To. I. p. 432.

w) v. STAATSC. To. CV. p. 269. fqq.

x) v. N. STAATSC. To. II. p. 2.

temporis habendam esse existimauerim. Atque antiqua quidem aetate, nisi forte religionis causa subsit, quae aduersarios quoque ad testimonium dicendum euocet, Directorum inprimis tabulae inspiciendae videntur. Vetus enim ille, quem semel iterumque laudavi, de comitiis auctor eo, quo paullo ante (§. VIII.) vsus sum, loco planis porro verbis scribit: *wo aber Disputationes über dasjenige, so also gehandelt oder fůrgangen, einfallen, thut man sich auff das Mayntzische Protocollum als authenticum allein referiren. Welcher auch protestirt, der bitt solches dem Maintzischen Protocoll einuerleiben. Darumb ein Maintzischer Protocollist wol fleißig hat auffzumerken auff alles, was geredt, gehandelt, und solches eigentlich auffzuzeichnen.* Quod si dicas forte profectum esse a Consiliario quodam Moguntino, (hunc enim plerique y), quamquam non certa satis, vt videtur, fide, auctorem fuisse perhibent) adest auctoritas legati Darmstatini, quem, cum in pacificatione Westfalica z) de adiunctione illa scribarum inter Euangelicos consilia conferrentur, suffragatum esse legimus: *es wäre zu wünschen, das es zu erhalten, wisse sich des Würzburgischen und Pommerischen Falles wohl zu erinnern, man habe beym Schluss des Reichstages nur beeydigte Rätthe admittiren wollen. Es wäre nicht zu sagen, das man diesen Annotatis vim Protocollis imperialis attribuiren wollte, sondern es wäre nur ad subleuandos legatos angesehen.* Neque aliter facile, quidquid etiam in hac ipsa auctoritate, quae vtique in illo Principis erga Caesarem et Directores propriis tum temporis de causis studio difficultatibus suis non caret, atque a Pomerano quoque statim impugnata fuit, reprehendum tibi videatur, res olim habere potuit, cum in-

ter

y) v. HOFMANNVS de prisco senatu supplicationum in Comitibus
(Tab. 1776.) §. 3.

x) in ACT. PAC. To. II. p. 251.

C

ter antiquas illas collocationes pro diuersitate scribentium singula fere protocolla necessario differrent, ac fonte quasi quodam opus esset, ad quem, si qua forte dubitatio iniiceretur, tuto rediri posset. Recenti autem hac aetate nostra, cum et fidem scribentes codicillis legatorum publice sibi faciant, et vero etiam, quae in conuentibus aguntur, iisdem plerumque verbis adnotentur, saltem inter se in collegiis quidem superioribus de communibus causis comparentur omnia, per se quidem probant, quae a singulis scripta sunt, neque forte ad vim aliquam probandi iis conciliandam opus est auctoritate Directorum, sed eadem fide censentur, quam quae a Directoribus ipsis eorumue auctoritate notata sunt. At si a protocollis Directorum differant, haec utique praeualeri crediderim, tamquam quae scripta sint ab iis, quibus generatim Ordines curam scribendi acta mandauerint, nisi forte res ad iura singulorum redeat, quibus detrahi ab aliis nihil potest. Neque enim eo forte pertrahenda est veteris illius scriptoris auctoritas, ut tuendi iuris causa adnotatione Directorum necessario opus sit, sed de fideratur nonnisi fere ad iuuandam probationem dissensus, quae, cum par hoc loco ratio interueniat, etiam ex propria scriptura recte institui videtur.

Sed

Sed sufficiat haec breuiter praeluisse edicendis honoribus, quos hoc decanali anno meo ex decreto illustris Ordinis Viris nonnullis Ornatissimis rite tribui.

Primus est IOHANNES GOTTFRIDVS CRVMBIEGEL, *Rostochiensis*, qui quidem de vita sua sic exposuit:

Ego IOHANN GOTTFRIED CRVMBIEGEL natus sum *Rostochii* anno MDCCLX. die II^{do} Iunii, Patre IOHANN IOACHIMO CRVMBIEGEL, Mercatore, et Matre MARGARETHA CHRISTINA, filia QVISTORPII quondam Senatoris et Mercatoris eiusdem vrbis, quibus parentibus a summo Numine hunc vsque in diem incolumibus pro multis in me meritis et educationis cura me pia mente hic publice debitas posse persolvere gratias magnopere laetor. Primis Praeceptoribus vsus sum viris adhuc inter nos cum laude viuentibus Magistro LANGE et SPIEGELBERG, Scholae huius vrbis Conrectore dignissimo, quorum disciplinae me quae sunt litterarum initia debere grata mente profiteor. Deinde anno MDCCLXXII. frequentavi Paedagogium, quod BVETZOWII florebat sub Directore, viro summum reuerendo MÖLLERO, Magistro et Pastore, qui nunc eodem munere Pastoris Lueneburgi maximo applausu fungitur. Sed iam anno sequente MDCCLXXIV. necessario mihi ad patrios reuertendum erat lares, quare institutioni priuatae Viri celeberrimi Magistri et Professoris SCHADELOCK me committebam, quem non solum profunda eruditione et ingenuis artibus instructum, sed ipsa etiam fide in docendo pollentem inueniebam, vt nihil magis in votis haberem, quam ut hoc Viro dignissimo Duce ad academicas instruerer scientias, id quod sicuti iam aliis accidisse sciebam et mihi euenit. Nam per

quatuor annorum spatium eius ductu litteris incumbens studio ac labore eiusdem indefesso ad academicos prae paratus sum annos, quo fiebat, vt quum anno MDCCLXXVII. in numerum Studioforum hic reciperer, maxima parte earum scientiarum iam instructus essem, in quibus discendis primi anni haud raro consumi solent academici. Nihilominus tamen Logicam, Methaphysicam, Mathematicam, collegium styli, Antiquitates romanas, Rhetoricam additis practicae Philosophiae scientiis, et Physica experimentalis sub incudem reuocabam, et praeceptis Virorum excellentissimorum Professoris BECKER, LASIVS, RÖNNEBERG et iam laudati SCHADELOCK in hisce eruditionis partibus grauisus sum. Mox iisdem adiungebam collegia iuridica, Historiam Iurium, Institutiones, Pandectas, Ius criminale et feudale, actiones, disputatorium, et denique practicum. In quibus Vir praestantissimus Doctor ZOCH, praecipue autem Professores consultissimi WIESE et ESCHENBACH, in sempiternum colendi, singulari beneuolentia ac studio praesto erant, quorum doctrina, denique eo perueni, vt disputationem: *De Foro Miserabilium Personarum* anno MDCCLXXXI. ipse componerem eamque eodem anno die VI. April. Praefide dicto Professore WIESE publice defenderem.

Interim hisce non contentus cupiditate flagrabam Göttingam visendi, vt ibi, quae adhuc deessent, tanquam ex vberissimo fonte haurirem, studiisque meis extrema manus accederet. Hinc eodem anno MDCCLXXXI. eodemque mense Aprili, Georgiam Augustam adibam, ibique doctrinam profundissimam summorum Virorum BOEHMERI, PÜTTERI, fratrum BECKMANNORVM, DE SELCHOWII, WALDECKII, MEISTERI, BECKMANNI Oeconomi, SCHLOEZERI ac aliorum pro facultate ingenii in vsu conuertebam.

Sed

Sed quum inprimis fratres BECKMANNOS, quorum nunc pro dolor! tantum cineres summa venerari licet pietate, non minus fautores benevolentissimos, quam Praeceptores doctissimos inuenissem, mihi auctores fuere, vt priuatim reperendo collectos scientiarum fructus cum aliis communicarem. Finito igitur primo anno secundum partim discendo partim docendo consumsi, quo vero elapso in patriam anno MDCCLXXXIII. redii. Quum hic primis annis ob Aduocatorum copiam ne argenteam quidem, ne dum auream sperare possem praxin, nec in otio, vti fieri solet, languere vellem; ad vsitatum viuendi morem iterum redii, et publicas eodem adhuc anno per semestre hibernum aperui scholas, meque simul ad examen amplissimae huic facultati iuridicae siliti, atque Honores Doctorales Goettingae adeptus sum.

Denique curavi, vt in numerum Procuratorum tam Cancellariae Principis quam Iudicii Senatus receptus sim, atque nunc deficiente adhuc forensi labore id agere conor vt magis magisque in dies discendo ita me instruam, vt et patriae et ciuibus meis, si quando eius rei occasio detur, pro virili prodesse possim.

Alter GEORGIVS HENRICVS FEIL, *Hamburgensis*, cuius haec est vita:

Natus sum *Hamburgi*, vrbe foederis hanseatici non minus quam commerciorum iam antiquissimis temporibus celebrata, anno MDCCLXII. die XXVIII. mensis decembris. Pater mihi continet MATTHIAS FEIL, ciuis et mercator; Mater ante aliquot annos defuncta ANNA CATHARINA MÜLLER. Parentibus his dilectissimis

simis potissimum id curae fuit cordique, ut a teneris inde religionis atque doctrinarum, quae in imbecillioem cadunt aetatem erudiret principiis.

Postea me praeceptoribus scholae nostrae publicae IOHANNI vsque ad annum XIV. tradiderunt. Deinde per tres annos scholam Stadensem frequentavi, qua doctrinis virorum doctissimorum Rectoris RODDE, et Conrectoris BRINCKMANN usus sum.

Rediens Hamburgum per duos annos non solum institutionibus Rectoris scholae nostrae publicae IOHANNI nunc beati MÜLLERI, viri egregie de me meriti, sed et praelectionibus Professorum Gymnasii nostri interfui.

Præcipue hic studia mea egregie promouerunt, BÜSCH, NÖLTING, SCHÜTZE, GIESEKE, et beatus AMSING viri laudes super meas elati. Quibus rudimentis positis in academiam Lipsiensem anno MDCCLXXXI. profectus, et a celeberrimo CLODIO fascis tunc tenente academicos, in ciuium academicorum numerum receptus sum.

Iurisprudentiae cum prae aliis scientiis me deuouissem, viros illustres, consultissimos et excellentissimos nempe Doctorem LINERT, in Institutionibus iuris romani, Doctorem SAMMET in iure naturae, germanico, publico vniuersali, publico germanico, atque digestis, Doctorem PLATTNER in Philosophicis, WENK atque HILSCHER in historicis, DE WINCKLER academiae iure canonico, REES in historia iuris romani, atque nonnullos alios audiui. Hinc biennio praeterlapso tot summorum virorum gloria

motus

motus Georgiam hanc Augustam salutavi, et ab illustri GATTERER tunc tempore Prorectore Magnifico ciuitatis mihi data sunt iura. Celeberrimos autem viros quorum interesse contigit praelectionibus magis recensere, quam iustis extollere praeconis tantorum nominum suadet immo iubet.

Duces autem habui illustres GEORG. LVD. BÖHMER in Digestis, IOH. STEPH. FÜTTER, in historia imperii, iure publico, iure priuato principum, processu imperii et exercitationibus practicis, IVST. CLAPROTH in processuali practico et relatorio, beatum BECMANN in iure criminali, et WALDECK in syntagmate iuris ciuilibus Struuii.

Quantum his viris debeam tum pro iis, quos ex ipsorum praelectionibus doctissimis ac solidissimis percepi, fructibus, tum pro singulari humanitate ac beneuolentia, qua me prosequi haud dedignati sunt, verbis sat exprimere non licet. Quibus absolutis, inclytum ICtorum ordinem adii impetraturus summos in iure honores, quos etiam, quod nunquam non gratiosissima recordabor mente, mihi humanissime impertiri decreuit.

Tertius PETRVS LYDOVICVS BEHRMANN, *Rostochiensis*, ita de se retulit.

Rostochium vrbs Megapolitana patria mihi obtigit, vbi anno 1756. die 8 Maii in lucem editus sum, Patre PETRO HENRICO BEHRMANNO I. V. Doctore, senatoria dignitate quondam distincto. Obiit Pater ad cineres vsque colendus, cui erat solida eruditio atque animi integritas anno 1780. die 15 Maji annum aetatis 53.
in-

ingressus. Per benignitatem Dei superstes est in viuis Mater
 MARIA MARGAR. e veteri gente Anglicana Barclayca summa
 mihi reuerentia colenda. Horum parentum curam atque indu-
 striam in me tuendo educandoque nec verbis fatis exprimere,
 nec digna laude efferre possum. Iam inde ab adolescentia nihil
 illis magis curae cordique fuit, quam vt christiana religione ini-
 tiatus, in humanioribus vt vocantur, aliisque artibus, quae iu-
 ueni et ornamento et vtilitati sunt solide instrueret. Puer a pri-
 uatis Magistris didici prima elementa litterarum. Progrediente
 aetate frequentavi scholam Rostochiensis, in qua celeberrimum
 Rectorem ac Philosophiae Professore LASIVM similiter ac Con-
 rectorem Venerabilem SPIEGELBERGVM Magistros habui, quorum
 doctrinam animo aestimare venerabundo nunquam desinam.
 Quorum virorum disciplina imbutus anno 1773. indulgente di-
 lectissimo Patre Hamburgum me contuli, Iohanneo in hac re-
 publica florenti nomen dedi, ibique per biennium fere litteris
 vacare perexi, simul linguis recentioribus Gallica nimirum, An-
 glica atque Italica ediscendis operam nauans. Ingratitudinis
 reum me ipsum facerem, si IOH. MART. MÜLLERVM tunc tem-
 poris Iohannei Rectorem dignissimum, virum de me optime me-
 ritum, quo me ad altiora studia postremum praeparauit, silen-
 tio praeterirem. Ita praeparatus cum essem, maturumque me
 iudicaret Beatus Parens sublimioribus doctrinis Rostochium reuerti,
 ibique a Magnifico tum temporis Academiae Rectore ESCHEN-
 BACHO, Medicinae Doctore et Professore celeberr. Albo Acade-
 mico insertus sum anno 1775. Non leuia mihi percipere licuit
 emolumenta ex doctissimis huius Academiae Doctorum praele-
 ctionibus, inter quos docentes audiui in Philosophia viros Cla-
 riss. LASIVM atque HARTMANNVM, in Physica et iure naturae vi-
 rum summo reuerendum BECKERVM, in Institutionibus ac Dige-
 stis

stis Beatum BALEKE Professore[m] iuris atque Consule[m] nostrae
 ciuitatis quondam spectatissimum, in Institutionibus denique I. V.
 Doctorem FREHN pro tempore Professore[m] Bützouiensem Cele-
 berrimum. Posito sic litterarum tyrocinio, et transacto hac ra-
 tione Roslochii biennio Georgiam Augustam Inclytam petii, vbi
 vir spectabilis BALDINGERVS tunc temporis Med. Professor Goet-
 tingensis scepra academica tenens anno 1777. ciuitate academica
 me donauit. In hac Musarum sede id potissimum egi, vt prae-
 fertim in scientia legitima aliisque, quarum rudimenta Roslochii
 ieceram perfectiorem me redderem. Laetissima mihi quoque se
 obrulit occasio ex clarissimorum doctissimorumque Professorum
 praelectionibus vberimos percipiendi fructus. Quorum ex numero
 qui mihi praeiuerunt Viri Perillustres ac Consulissimi, eos gra-
 tissima mente nomino. BOEHMERVM duce[m] secutus sum in Di-
 gestis, iurisprudentia ecclesiastica et feudali. PÜTTERVS mihi
 explicauit Historiam Imperii Germ., Ius publicum Germaniae, Ius
 priuatum Principum, et processum summorum Imperii tribuna-
 lium. Praelectionibus Beati G. B. BEGMANNI interfui in Digestis
 nec non in Institutionibus iuris ciuilibus. Illum quoque audiui
 theoriam processus ciuilibus enarrantem, et doctrinam de actioni-
 bus et appellationibus illustrantem. A. Beato MEISTERO ius cri-
 minale accepi, sicuti a Generos. DE SELCHOW ius Germanicum
 publicum atque priuatum. In examinatorio pariter ac in dispu-
 tatorio mihi praesuit SPANGENBERGVS, cuius singularem in me
 editam humanitatem atque beneuolentiam dignis extollere laudi-
 bus vires excedit. In processualibus practicis Duces et Modera-
 tores habui Illustres PÜTTERVM et CLAFROTHVM cuius adeo
 summa in me merita grata semper piaque mente colam. Prae-
 ter hos, qui maxima cum eruditione principia totius iurispru-

D

den.

dentiae me docuerunt, vsus sum in historia vniuersali et statuum Europae SCHLOETZERO, in logicis et methaphysicis FEDERO, et in disciplinis mathematicis Beato WEBERO. Exaeto ita in hac litterarum Vniuersitate triennio, absolutis studiis academicis in Patriam abhinc quatuor annos iterum redii. Intra hoc tempus studium iuris haud neglexi, sed in me civilibus gerendis negotiis aptiorem reddendo potius defudau. Hinc summos in vtroque iure honores ab Illustri I. C. ordine Goettingensi ea qua par est obseruantia petii, quos mihi etiam exhibitis consuetis speciminibus gratiose decreuerunt. Accedit quod ad supplices meas litteras in numerum Aduocatorum et Procuratorum Ducasterii Ducalis Mecklenburgici quod Rostochii viget, iam gratiosissime sim receptus.

Quartus DANIEL SCHÜTTE, *Bremenfis*, hanc nobis reddidit rerum suarum rationem.

Natus sum Bremae d. VI. April. CICIÖCCLXIII. Patre FRANCISCO SCHÜTTE mercatore honestissimo, de cuius prematura morte, quae ante sex abhinc menses accidit, dum vita mihi superest, dolebo. Superatis pueritiae annis, atque preparatus primum domestica disciplina, post inter ciues illustris Gymnasii Bremenfis relatus, in addiscendis historicis scientiis Vir. Excell. atque Confult. I. A. AHASVERVM D. P. P. O. et reipublicae archiuarium, in latinarum omniumque humaniorum litterarum studio Vir. Excl. CASSEL P. O., et in tradendis dialectices regulis Subrectorem LÜLLMANN, preceptores habui. Accessi ad academiam Goettingensem anno CICIÖCCLXXX. et in ciuium academicorum catalogum relatus sum a Viro summe reuerendo GOTTFR.

LESS,

LESS, eo tempore Prorectore: praelectionibus celeberrimorum antecessorum, BOEHMERI, PÜTTERI, MEISTERI, B. BECKMANNI, SELCHOWII auditor interfui: praeterea autem privatissime institutione Viri Excel. D. ERXLEBEN, apud Marburgenses nunc professoris, aliorumque in addiscenda legitima scientia usus sum: in scientiis philosophicis FEDERVM, in statisticiis ac politicis SCHLOEZERVVM; praeceptores veneror. Quorum omnium fidelissimum institutionem, semper grata mente praesequar.

Quintus est IOHANNES FRIDERICVS ALBERTVS SPIEL, *Northemiiensis*, a quo hanc accepimus vitae rationem.

Annus, quo in lucem Northemii sum editus, fuit MDCCXLVIII. et in eo quidem dies XVII. Nouembr. patre IOANNE HENRICO SPIEL, Commissario Regio, matre vero FRIDERICA CATHARINA ex gente RAVENIANA. Hi maxime a me suspiciendi parentes, quos deus fospitat atque fortunet, sollicitam educationis meae rationem habentes, postquam sensim adoleueram scholae ciuitatis patriae antistitibus me erudiendum tradidere, atque horum praeceptorum disciplinis usus sum ad annum usque aetatis decimum quintum, deinde vero, de quo adhuc maxime laetor, contigerat mihi tam esse felici, ut priuatis institutionibus venerabilis Praepositi ZIMMERMANNI, VELZENAE ab anno 1763. usque ad anno 1768. fruerer. Quantum huic optime de me merito viro debeam, verba sana deficiunt, quibus humanitatem eius et vere paternum erga me affectum praedicare gratumque animum meum commonstrare satis valeam. Huius enim solidis mihi datis praeceptis in omni fere scientiarum genere ad studia auspicianda academica idoneus tandem factus. Petii Goettingam ibique per triennium et sex menses iurisprudentiae operam nauaui, usus praele-

tionibus Illustris BOEHMERI in iure civili, canonico, feudaliq̄ue, Ill. PÜTTERI in iure publico, historia imperii, et practicis elaborationibus, B. MEISTERI in iure civili et criminali, Ill. et generosissimi SELCHOWII in historia iuris et iure germanico. Cum haec mea modo studia essent absoluta anno 1771. vt numero advocatorum inscriberer, Cellas profectus, examen ibi ad facultatem postulandi pro aliis legitime impetrandam sustinui, atque officio patroni causarum positus, in causis aliorum agendis vitam transegi. Northemii ad annum vsque 1780. quo vero a Per illustri et generosissimo iudicii imperialis aulici consiliario, D^{no} ab Hugo, qui praefecturae Brunsteinensi vt satrapa regius praeeft, actis iudicialibus praefectus, actuarii munia per quadriennium obii. Verum cum hanc stationem cum alia commutare animus esset, domicilium quippe constituturus Cellis et e re mea videretur, priusquam eo concederem summis in iure honoribus condecorari, vires si quae sunt, meas illustri Iuris consultorum ordini ad periclitandum et explorandum obtuli, a quo, periculo in examine factò, non dubitatum fuit, quin precibus meis locus relinqueretur, et quae ambire inceserat cupido, benigne concederetur praemia. Interea vero dum ea, quae ad ista plene demerenda necessaria sunt moliebar, accidit, vt gratia summa et maximo fauore Illustrissimi Comitis a BERNSTORF euocarer. Garouiam iurisdictioni in hac dynastia exercendae praeficiendus. Laetus hoc munus clementer mihi oblatum suscepi, ad quod obeundum post solennia peracta illico accingar et bono cum Deo iter quantocyus fieri potest, parabo.

Sextus denique HERMANNVS LORENZ, *Bremensis*, de re et consuetudine sua ita enarrauit.

Natus

Natus sum Braemae MDCCLXII. parentibus indulgentissimis atque maximopere a me suspiciendis, IOANNE BERNHARDO LORENZ, illius inclytæ liberae imperii Ciuitatis ciue ac mercatore, et ELISABETHA MARGARETA SCHLEPPEINA, qui statim operam dederunt, vt me puerum iamiam iis artibus imbuerent, quibus bonus et vtilis Reipublicae ciuis aliquando contingerem. Rudimenta litterarum domi posui vsus instructione priuata; deinde illustre, quod inter nos floret, gymnasium adii, vbi scholis AHASVERI, BVCHII, BÜSINGII, CASSELI, NONNII, OELRICHSII, quorum fidei, industriae atque amoris erga me nunquam non sine iucunditate recordor, per complures annos interessè licuit. Sed cum animus ad iurisprudentiae studium vocaret, veniandem MDCCLXXX. Prorectore B. MEISTERO in hanc academiam, vbi philosophiam theoreticam et ius naturae ex FEDERO, historiam iuris ex GENESSISS. SELCHOWII, institutiones et ius Digestorum ex B. BECKMANNO seniore atque ERKLEBENIO, canonicum et feudale ex BOEHMERO, germanicum et criminale ex GENEROS. SELCHOVIO et B. BECKMANNO iuniore percepi. Praeterea doctrinam de actionibus, processum communem nec non illum Imperii vna cum praxi iuridica tradiderunt B. BECKMANNVS senior et FÜRTERVS, quo etiam praecceptore, vti et MARTENSIO, in iure publico discendo vsus sum, quemque ad cognoscendam Imperii R. G. historiam, sicuti SCHLÖZERVVM ad illam totius terrarum orbis adii. Quorum *summorum vi-
rorum* et eruditionem et benevolentiam multis modis modis maximopere mihi profuisse gratus fateor.

Primum, qui iam olim Ordini se nostro probarat speciminisque loco de *donatione remuneratoria* libellum edidit, creauit Doctorem a. d. XXXI. Ianuarii.

Al.

QK II K 1832

X 294 3824

Alterum, posteaquam examina rite subierat habitaque lectione cur-
soria de iure accrescendi vendita hereditate penes venditorem remanente
sine praefide disputauerat, a. d. XIV. Apr. renunciaui.

Tertio, proposita non ineleganti disputatione de termino nascendi
naturali unico filiationis et paternitatis fundamento, a. d. III. Maii ho-
nores desideratos tribui.

Quartus superatis omnibus, quae ex legibus praestari fas erat, in-
primisque instituta disputatione de praescriptione litispendentiae tum ge-
neratim tum in specie, quatenus in supremis imperii tribunalibus usu ser-
uari potest, a. d. VIII. Maii a me inauguratus fuit.

Quinto honores, postquam examina subierat et praefide ill. BÖH-
MERO de confirmatione vel insinuatione pactorum dotalium iudiciali se-
cundum ius Brunsvico-Luneburgicum disputauerat, a. d. X. Maii per me
contigerunt.

Sextum denique praeciis sollempnibus, inprimis disputatione, utrum
Nov. CXVIII. c. 4. legi XXVII. C. de Inoffic. testam. obroget fra-
tribusque uterinis turpi herede scripto legitima relinquenda sit nec ne? a.
d. X. Iulii ornavi.

Equidem, ut omnibus ac singulis honores impetrati feliciter eve-
niant, ex sententia animi opto, precorque sub sine muneris Deum, rerum
humanarum arbitrum, ut in hac benignitate Guelfica atque in his tantis
litterarum copiis praefidiisque, vigilantibus inprimis Curatoribus et pru-
dentissimis et indulgentissimis, res Georgiae Augustae laetius in dies efflo-
rescere iubeat. P. P. Goettingae a. d. XVI. Augusti An. MDCCCLXXXIV.

(L. S.)

MC

VD73

B. M. II, 125.

1125

II K
1832



NIS IVRIDICI
 A GEORGIA AVGVSTA
 DECANVS
 VVS HENRICVS
 EISLER
 TROQVE IVRE HONORES
 CANDIDATIS
 E TRIBVTOS
 EDICIT.

... nonnullae de protocollis comitialibus.

HOETTINGAE,
 ANN. CHRISTIAN. DIETERICH,
 MDCCLXXXIV.

Verill. Dr: a Tonickau.